

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Reden und Arbeiten der Societas Latina - Cod. Karlsruhe 3420, 1-4**

57 Reden der Societas Latina - Cod. Karlsruhe 3420,3

**Molter, Johann**

**[Karlsruhe], 1783-1800**

[Burgelin, Johannes Bartholomäus]: Societatem Latinam Marchicam  
salutavit, Jun 1789

[urn:nbn:de:bsz:31-99849](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-99849)

Societatem  
Latinam Marchicam  
salutavit  
Joannes Bartholomaeus  
Burgelin.

XVII Jul. 1789.

1727  
 Johann Baptist  
 Schickel  
 1727

Histor  
 rum ge  
 omus  
 ortum  
 ab om  
 ut non  
 robore  
 nos me  
 precip  
 victore  
 sum ex  
 donec  
 comple  
 matio



Director gravissime  
Socii ornatissimi

Historiam majorum nostrorum vel aliarum gentium volentes, ubique deprehendimus fortitudinem tanquam omnium artium praestantissimam ac prope solam ab omnibus tanti aestimata fuisse, ut non ex vita et moribus sed corporis robore et vi armorum ceteras nationes metirentur. Inter hos etiam Romani praecipue numerandi sunt, qui postea victores pene totius terrae orbis terrarum exstiterunt; non prius armis depositis, donec cuncta subacta ipsorum potestate complexi essent, nec superesset alia dominatio ipsis adversatura. Atque omni



sane dubio caret, magnitudinem imperii  
 romani virtuti tribuendam esse; sed si  
 propius rem intueamur, manifestum  
 erit, non solum illam Romanos ad  
 tantum vestigium provexisse. Nam  
 virtute quidem et bellandi arte fines  
 proferuntur, fit accessio pro vinciarum,  
 nationesque in servitutem rediguntur.  
 neque vero in hac magnitudine regnum  
 ullum diu servabitur, nisi victos deditosque  
 simul ad vitam mansuetiorum ita  
 adveseris, ut non victos se, sed felicitate  
 etiam auctos esse putent. Magna certe  
 hujus rei pars studiis litterisque debetur.  
 His enim Romani demum gentibus subactis  
 leniter atque benigniter imperare didi-  
 cerant. Qua factum est, ut non invitae



parent, sed tali imperio sibi improposito sese red-  
 ditos intelligerent, et dominantibus ut bene-  
 factoribus magis obstringerentur. Hoc dif-  
 ferimine demum incultae et rudes gentes a  
 litterarum ignavis potiusque discerni possunt.  
 Litterae et singulos homines et populos  
 universos nobilitant. Haec docent, quibus  
 adminiculis, et qua ratione humana salus  
 et prosperitas vitaeque commoda et  
 ornamenta optime promoveantur.  
 Haec praefatus, data mihi nunc a vobis,  
 Director gravissime, Socii ornatissimi,  
 salutandae amplissimae societatis potestate,  
 id jam potissimum mihi agendum esse  
 video, ut pro beneficio hoc mihi concesso  
 maximas vobis, quas possum, gratias  
 persolvam, ac fidem meam sancte vobis



obstringam, omni opera me esse labora-  
 turum, ut honoratissima hac conjunctione  
 semper dignior evadam. Neque enim  
 superbia ductus, ut in honestissimo  
 socii titulo me jactarem, intra hoc vestrum  
 collegium cooptari petui, sed sola fructuum  
 conscientia, qui in aliis largiter inde  
 manarunt, et quos in me quoque derivare  
 sumopere cupio. Nec dubito pro bene-  
 volentia vestra vos esse effecturos, ut  
 exemplo vestro et studiorum communi-  
 catione bonis artibus et liberatis doc-  
 trinae copia imprimis que sermone  
 romani facultate instruar. Ego vero  
 pro viribus meis omnique animi conten-  
 tione annua annitar, ut in gratissimum



177.  
hominem et ad bona quaeque Parentibus  
obsequentem beneficium hoc collatum esse  
intelligatus. Nil magis in votis habeo, quam  
ut te Director gravissime vosque Socii  
ornatissimi sospites servet Deus, omnibus-  
que modis beatorum praestet, et ut ipse aliquando  
ad societatis vestrae deus aliquid conferre  
valeam.



*[Faint, illegible handwritten text in a cursive script, likely a historical document or manuscript.]*